



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XIV. Indulgentia Stationum Urbis Confraternitatibus B.M. de Mercede
concessa sit perpetua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permaneris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, contrariis quibuscumque.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ segregationis, divisionis, separationis, dismembrationis, exemptionis, liberationis, decorationis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, subjectionis, applicationis, approbationis, reservationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo, Quarto Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

XIV.

Extenditur in perpetuum Indulgentia Stationum Urbis ab Innocentio XI. Confraternitatibus Beatæ Mariæ de Mercede Redemption. Captiv. ad decennium concessa.

Alia Indulgentia harum Confraternitatum extant Inn. XI. Const. ed. 1678. Decem. 25. P. 3. Et Clement. XI. Const. ed. 1703. Jun. 23. P. 3.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias per fel. rec. Innocentium PP. XI. prædecessorem nostrum accepto, quod nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri tunc sui Confraternitatibus, seu Congregationibus Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, seu alicui ex Dominibus Regularibus ejusdem Ordinis aggregatis, illarumque Confratribus, & Conforibus Christianidelium sub duro Barbarorum jugo languentium libertati sedulo incumbentibus quamplures Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxationes, non tamen infrascriptas misericorditer in Domino concesserant: Idem Innocentius prædecessor eisdem Confratres, & Conforores ad pietatis, & Christianæ charitatis erga illos, qui dura immanium Christiani nominis hostium servitute opprimuntur, exercenda opera uberiorum, eisque hæcenus non concessarum spiritualium gratiarum largitione incitare cupiens, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confusus, supplicationibus quoque dilecti filii Bartholomæi de Ribero Ordinis præfati Vicarii, & Procuratoris Generalis sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, omnibus, & singulis dictarum Confraternitatum canonicè eo usque erectarum, & in futurum erigendarum personis utriusque sexus, quæ aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis, aut suarum respectivè Confraternitatum Ecclesias, seu Oratoria in diebus Stationum Ecclesiarum Almæ Urbis nostræ tunc suæ, prout in Missali Romano exprimuntur devote visitassent, & ibidem pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione, necnon Captivorum præfatorum liberatione, eorumque perpetua perseverantia in Christianæ Religionis, Catholiceque Fidei professione pias ad Deum preces effudissent, ut omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxationes consequerentur, quas consecuta fuissent, si easdem Ecclesias Urbis ad id deputatas in diebus Stationum hujusmodi personaliter, & devote visitassent concessit, & indulgit, & alias

prout in ejusdem Innocentii prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 12. Februarii 1688. expeditis literis, quas ad decennium tantum valere voluit, & quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus plenius continetur. Nunc autem nos ad peramplius augendam eorumdem Confratrum, & Confororum religionem, & animarum salutem Cælestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac aliquod paternæ nostræ erga Ordinem præfatum, cujus nos, dum Cardinalatus honore fugebamur, Protectores Apostolica auctoritate deputati eramus, benevolentiam monumentum extare cupientes, supplicationibus ejusdem Bartholomæi Vicarii, & Procuratoris Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concessionem Indulgentiarum, & peccatorum remissionem, ac penitentiarum relaxationem Confratribus, & Conforibus supradictis præmissa peragentibus, a memorato Innocentio prædecessore ad decennium factam, ut præfertur in perpetuum, servata cæteroque earundem Innocentii prædecessoris literarum forma, & dispositione, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

§. 1. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ idem Innocentius prædecessor in suis literis supradictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus validis.

§. 2. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XV. Aprilis MDCXC., Pontificatus Nostri Anno Primo.

Communicantur Privilegia, & Indulgentiæ cæterorum Regularium Ordini B. M. de Mercede Redemp. Captiv.

Aliud privilegium vid. Clem. X. Const. ed. 1675, Jul. 19. Pont. 6. Indulgentias vero Clem. X. Constit. ed. 1673. Decem. 29. Pont. 4. & Clem. XI. Constit. ed. 1717. Aug. 4. Pont. 17.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscribibili aternæ Sapientiæ arcano Speculatorum Domus Israel, nullo licet meritum nostrorum suffragio, constituti, Religiosos ordines in Ecclesia Dei pie, sancteque plantatos, ac uberes bonorum operum fructus proferre jugiter satagentes, favoribus, & gratis, quibus possumus, amplissimis libenter prosequimur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedita.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Bartholomæus de Ribero Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres, & Religiosi ejusdem Ordinis in Captivorum Redemptione, gravissima quæque discrimina, & pericula ad id subeunda, indefesse occupantur, & ut tam pium opus eo alacrius continent, ac utilius exequantur, plurimum cupiant aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia hæcenus a Sede Apostolica

Causæ Extensionis.

Preces Procuratoris Gen.

Extensio præfate Indulg.

Clausula.

XV.

Dat. 28. Julii 1690. An. 1.

Exordium.

Causa d. Communicatio.

Dat. 15. Apr. 1690. An. 1.

Inter plures Indulgentias ab Innoc. XI. concessas extat d. Stationum.